

Fridericus II. fuit coronatus ab Honorio in basilica sancti Petri, et regnavit annis 33. Hic ab infancia sua p(so) ecclesiam tanquam matrem sed tanquam novercam quantum potuit gravavit, propter quod Honorius papa, qui ipsum coronavit, sibi rebellem et ecclesie Romane adversarium comperiens, anathematizavit, et omnes barones a sua fidelitate absolvit. Hic ex prima conjuge sua filium habuit generosum, quem constituit regem Alemannie Henricum nomine, quem postea sibi rebellantem captum in Apuliam duxit et squalore carceris suffocavit. Hic, prima uxore mortua, secundam traduxit, filiam scilicet Iohannis regis Ierusalem, et cum ea regnum illud suscepit, quam postea, ut dicitur, interfecit. Deinde terciam duxit, sororem regis Anglie, filiam scilicet Iohannis regis, et cum illa 100000 marcas recepit, ex qua liberos procreavit, sed hec in puerperio obiit. Iste imperator vir fuit prudens, multarum linguarum interpres et scientia litterarum imbutus, sed in fide catholica, ut dicebatur, tepidus, quod et verbis et factis ostendit; filios enim ecclesie catholice minus diligens, paganos et incredulos in regno suo collocavit, et super negocia regni illos constituit, quam ob rem a papa Gregorio et Romana ecclesia excommunicatus multis bellis appetitur.

Ipsa vero in sententia perseverans, contra papam fortiter bellando, itinera per terras sue potestatis, ne parvi vel magni curiam Romanam adire possent, observando, concilium generale impediendo, tres legatos Romane ecclesie capiendo et in vinculis diu tenendo, aliisque modis male operando, ecclesiam Romanam persecutus est. Hic imperator cruce dudum signatus — Simile invenies in Constantino sexto. Ganz wie Martin und hier mit den Handschriften 1 und 5 endend. Darauf noch:

Quoniam post mortem hujus Frederici propter discordiam et dissensionem electorum per multos annos ab imperatore vacabat imperium, idcirco in pagina ubi imperatores scribi deberent, scribuntur pontifices, quousque imperatores denuo ceperint imperare (Aehnlich Arundel 220).

Die Päpste fortgesetzt — Nicholas III. Hic feliciter obiit in parasceve, sepultus sabbato sancto in ecclesia sancte Marie majoris.

Dann von späterer Hand kurze Notizen über Celestin V, Bonifaz VIII. und weiter nur Namen.

Endlich erwähne ich

22) Züricher Stadtbibliothek C. 35. Zuerst die Historia pontificum — in ecclesia s. Laurentii sepultus extitit.

*Explicit cronica fratris Martini ordinis Predicatorum de summis pontificibus.*

f. 38. Nicolaus III. natione Romanus etc. — Clemens VI. — completa antiphona fuit in partibus Forojulii magnus terre motus, ita quod turris Pallacii et multe domus ruerunt, et duravit per unum Pater noster et Ave Maria (f. 46). Von anderer Hand fortgesetzt — Sixtus IV. f. 46'—47.